Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dne in lumine uultus tui ambulabunt. ℣. et
in nomine tuo exultabunt tota die. et in iu
stitia tua exaltabuntur.
Quia gloria uirtutis eorum tues. et in bene pla
cito tuo exaltabitur cornu nrm.
Quia dni est assumptio nra. et sancti isra
hel regis nostri.
Tunc locutus es in uisione seis tuis. et dixisti.
posui adiutorium in potente. et exaltaui
electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum. oleo sco meo
unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei. et brachiu
meum confirmabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo. et filius iniqui
tatis non apponet nocere ei.
Et conteridam a facie eius inimicos eius. et odi
entes eum in fugam conuertam.